

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Stultifera navis**

**Brant, Sebastian**

**Paris, 1498**

Procuratoriarum

[urn:nbn:de:bsz:31-65093](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-65093)



Atq; dolos uersat: quibus impugnare nocenter  
 Concordes animos & pectora dulcia possit.  
 Sepe ferit grauiter/pherarrato uerba lingue  
 Infantes hominū mentes: moresq; lacessit  
 Innocuos uite: & fautores dispare uoto  
 Inter se semper uersari & uiuere poscit.  
 Nec tamen interea sentit sibi uulnus adactum  
 Vir bonus: accusat quem delatoris iniqui

c.ii.

### Procuratō rixarum

Vir insipiēs fo-  
 dit malū: & in  
 labiis ei⁹ ignis  
 exardescit. ho-  
 mo peruersus  
 suscitāt lites:  
 & uerbosus se  
 parat p̄cipes  
 Parata sūt de-  
 risoribus iudi-  
 tia: & mallei p̄-  
 cutientes stul-  
 torū corpori-  
 bus. Qui in al-  
 tū mittet lapi-  
 dē sup̄ caput  
 ei⁹ cadet. Et q̄  
 foueā fodit in-  
 cidet in eam.

Prouer. xxix.



Folio

- Lingua. sed adueniunt feri lamenta doloris.  
 Prouerbi. Delatore nihil peius: nil turpius usq̃:  
 xxiiii. Cuius in ore sonant lethalis sibila morsus:  
 Millesq; pictarum fraudum mendaria subsunt.  
 Si uidet immoto concordēs uiuere nexu:  
 Si sortios aliquos: fidos seu noscit amicos:  
 Esa. xxxii. Mortiferum uirus rauco de gutture ructat.  
 Vnanimēsq; studet comites a foedere dulci  
 Soluere: concordēs queat ut confundere mentes  
 Mox rāmen excusat linguę rabiosa proteruq;  
 Sibila: & in fontem se a talibus esse fatetur.  
 Et sceleris regit occulte maledicra perosa.  
 Sic quidam applausus quęrunt: cupiuntq; placere  
 Terē. i en. Iitis: de quorum nil sanum pectore manar:  
 Fallaces Dauī: Gnatones: & parasytī:  
 Horatius Ofores rabidi: balatrones: hoc genus omne  
 Garrula mordacis diffundit semina linguę.  
 Quisquis amicitię nexum dissoluit: & atro  
 Srigmate concordēs maculas: & iurgia uendis:  
 Sapiētie. i. Indignus uita es pręsenti carcere dignus:  
 puer. xix. Perperuo: ut careas uiuaci luce perosus.

Non sequi bona consilia.

Est: & non: solers, causa qui dicere in omni  
 Nescit: & in quouis tempore recta sequi:  
 Omnibus in rebus nec sanos consulit: ille  
 Damnorum fatuus pręmia solus habet.

- Stultus iners ille est: qui prudens usq; uideri  
 puer. xliii. Gliscit: & assueto tractat ludibria cursu:  
 & xi. Sed dum se nimium prudentem: & ad omnia uafrum  
 Estimāt: haud dubio fatuus est stultior illis:



Quorum  
 Sic sapien  
 Donibus  
 Deterit a  
 Consilia  
 Senlacun  
 Effurtion  
 Et cupi